



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

14. De varijs morborum generibus, et horrenda morte Ioan. Caluini
hæresiarchæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

seipsum prodit vigilibus, qui mox accurrunt, & hominem in carcerem includunt. Non diu post flammis exurit. Felicius è muro Paulus Apostolus olim clapsus, totum mundum Christi Euangelio compleuit: Idem conatus non defuit Brulio, sed longè dispar causa non eisdem habuit successus. Hanc historiam meminisse me audiuisse Louanij ex doctissimo viro M. Leoaë Tornacensi, Theologo, anno 1664. antequàm Laurent. Surius sua Chronica euulgasset.

Hieronymus Bolsacus Medicus Lugdunensis in vita Ioannis Caluini cap. 22. De varijs morborum generibus, & horrenda morte Ioannis Caluini, hæresiaracha.

CAP. XIV.

AD extremos, inquit, Caluini annos venimus, quàm varijs ante obitum morbis afflictus consumptusque fuerit. Scribit Beza pyli, colica, asthma seu respirande difficultate, calculo, podagra, hæmorrhoidibus vexatum fuisse, præter sibi familiarem hemicraniam & acres capitis dolores, quibus plerumque torquebatur. En tibi varia & diuersa, quæ simul in ipsum ingruerunt morborum genera, & cum quibus valdè miserè per multos annos, imò verò vsque dum spiritum exhalaret, conflictatus fuit, certum & expressum diuine aduersus eum iræ iudicium ac testimonium. Quod si quis multos etiam sanctos ho-

H h 6 minet

734 COLLATION. SACRAR.
mines, dum in hac vita essent, dira multa, &
in corpore, & in bonis perpeffos, alleget, & de
Iob satis cognitum omnibus exemplum pro-
ferat: Respondebo, sic Deo visum fuisse, veram-
quam illustre patientiæ exemplum futurus,
in bonis hic atque in corpore affigeretur,
sed ad fiduciam in nobis stabiliendam confi-
mandamque, nunquam se iustum, sibi ex ani-
mo ac verè fidentem, deserturum, omnibus
eundem Iob calamitatibus liberatum, omni
felicitate, & multis rursus magnisque mune-
ribus cumulasse. Quod S. Iacobus. cap. 5. episto-
la suæ canonice pulchrè in hæc verba expo-
cauit. Sufferentiam, inquit, Iob audistis, &
finem Domini vidistis, hoc est, exitum æque
finem, quem eius afflictioni Dominus impo-
suit: Et vidistis, inquit, quoniam misericors
est Dominus & miserator. Quibus verbis sca-
tentias nobis Davidis proponere, & in me-
moriâ reuocare Apostolus voluisse videtur,
quæ sunt 33 Psalmo, quibus suo exemplo ad
Deum laudandum, timendum, ei; fideum,
eius gratia & benignitate erga bonos, seuerita-
te erga malos proposita, inuitat: Oculi Domi-
ni, inquit, super iustos, & aures eius in pre-
ces eorum. Vultus autè Domini super facien-
tes mala, vt perdat de terra memoriâ eorum.
Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos,
& ex omnibus tribulationibus liberauit eos.
Iuxta est, Dominus his, qui tribulati sunt cor-
de,

& humiles spiritu saluabit: Multæ tribula-
 tiones iustorum, & de his omnibus liberabit
 Dominus. Et sequitur: Mors peccatorum
 pessima, & qui oderunt iustum, delinquent.
 Prioris ad Corinthios epistolæ cap. 10. D.
 Paulus Dei filiis & electis, si in hoc mundo in-
 calamitates & miseras incidere ipsos contin-
 gat, certam liberationem felicemque exitum
 promittit: Fidelis, inquit, Deus est, qui non
 patietur vos tentari supra id, quod potestis,
 sed faciet cum tentatione prouentum, ut pos-
 sit sustinere. Sed ad Calvinum nostrum, &
 ad grauissimos eius, variosque morbos, qui-
 bus miserè ad extrema usque spiritum ex-
 ueratus fuit, reuertamur: quem præter eos,
 quos Beza referente, commemorauimus, eo-
 rumque morbi genere afflictum constat, quo
 iudicio Dei quosdã manifestos & aper-
 tos Dei hostes, qui diuinum honorem atque
 gloriam inuaserant, sibi que usurparant, vexa-
 tos punitosq; legimus is est pedicularis, nam
 hi vermes totum eius corpus peruaserunt,
 & fetidissimo, ac virulentissimo vlcere circa
 terrenda, vermibus has sic fœdè ulceratas par-
 tes miserrimè corrodentibus, percussus est.
 Sic quondam Honorius secundus: VVanda-
 rorum rex, postquam Ecclesiam orthodoxam
 annos octo persecutus fuerat, pediculari tan-
 dem morbo consumptus est: Sic Arnulphus
 Imperator, Caroli Crassi successor, magnus

templorum violator vastatorq; sic Maximianus immanissimus Christianorum hostis. Sic Antiochus Epiphanes homo summe nefarius, impius & magnus veterator, qui templo Hierosolymitano nefarie expilato ad veri Dei contemptum, louis in illo simulacrum statuit, & erexit: sic crudelis Herodes, qui innocentes pueros sustulit, sibi que Dei honorem & titulum vsurpauit: sic inquam homines nefarii & scelerati à vermibus corrosi, exstincti sunt. Sic demum alij plures hypocritæ Deique hostes, qui prætextu & colore sanctimonie atque zeli assumpto, veritatem oppugnant, iusto Dei iudicio & vindicta in hac vita à pediculis grauissimè vexati, & à vermibus miserè corrosi, post longum & durum cruciatum exterminati sunt, morteque exstincti, & post hanc in alteram illam longe miseram mortem ad æternas illas infernales pœnas in perpetuum cruciandi, sunt præcipitati. In quos illud Psalmistæ verissime quadrat: Duplici contritione affixit illum. Quomodo sanè duplici consummatione Calvini dici potest consumptus. Nam quicquid scribit Beza, quantumuis se illis, qui mortem eius impiè traductæ vitæ amplum satis testimonium tulisse censent, opponat, & Calvinii filiorum Dei morte ex hac vita excessisse, contendat, verissimum tamen est, quod grauissimos dolores, & asperros cruciatus, quibus Dei

Dei in illum seuera grauissimaque manu in-
 guente excrucabatur, non ferens, dæmoni-
 bus inuocatis, iurans, execrans & blasphemans,
 miser exspirauerit. Idcirco neget, quantum
 uolet Beza, negentque alij, satis sic se rem
 habere exploratum est: imò hoc etiam, quòd
 sem atque horam detestatus sit & execrârit,
 quam vnquam studijs vel scriptionibus im-
 pendisset, cum ex vlceribus totoque corpore
 grauissimi foetores emanarunt, ob quorum
 graueolentiam & sibi ipsi grauis, & quæ eum
 circumstabat, familiæ erat. Quam causam
 fuisse etiam hi eius domestici narrarunt, quod
 uisitari se nollet.

Hieronymus Bolsecus, eadem libr. & cap. De incon-
stantia Caluini in sua doctrina, miris q; in ea variis
da dolis ac rebus.

CAP. XV.

CAETERUM Theodorus Beza aliud quid
 recitat, quod ad magnum etiam magi-
 stri sui, amici atque parentis, Caluini Enco-
 mium & honorem pertinuisse censet, id silen-
 tio præterire non debeo, scilicet, cum per mor-
 tuam domi detineretur, & idcirco conciones
 lectionesq; necessariò intermitteret, otiosam
 tamen minimè desedisse, sed domi etiam suæ
 labori sedulo incubuisse, & eo quidem tem-
 pore postremam suam Institutionem latinam
 simul & gallicam, & auspiciatam, & absolutam
 ab ipso esse. Vbi non erit absolum, si quis Be-
 zæ